

dificia multa prost^ravit, arbores evulsit infinitas, et crucem ferream, quae in ecclesia Sancti Petri erat super trunam ^[a], in magnis lapidibus fixam, in terram proiecit.

Quando Alexandria obsessa est ab imperatore Frederico.

CAP. LXXVII.

Audiens h[ic]c [A] dominus Imperator, maxima ira nimioque furore accensus, anno Domini MCLXXIII cum decem milibus militum in Lombardiam descendit, et predicitam tempore magno obsedit Alexandriam.

Quando Lombardi reversi sunt ad mandatum Imperatoris.

CAP. LXXVIII.

Sequenti vero anno, in mense aprilis, ut audivit (*Fredericus*) Lombardos obesis sis succurrere, civitate relicta, in planum Montis Belli obviam eis occurrit. Viris ergo religiosis inter ipsum et Lombardos de concordia tractantibus, et pacis tenore ^[b] cum reverentissimis et servissimis redactis in scriptis, civitatum rectores ad eum, ex eius mandato, venerantur, ei reverentiam omnem, ut clementissimo fideles domino, devotissime facientes;

Qui, genibus flexis et collis illaqueatis,

Ante suos humiles procubuere pedes;

Conversis gladiis capulos tribuere tenendos,

Et sibi pars [c]ensis tuta relicta fuit. 1

Tunc ex imperiali dignitate, quae de fonte nascitur pietatis, omnem offensam omnemque rancorem dominus Imperator ^[d] cunctis remisit Lombardis. Singuli ergo populi ad propria reversi sunt. Postquam intellexerunt civitatem Alexandriam debere destrui, et eis alias onerosas conditiones observari, quidquid rectores fecerant peni-

[a] super trunam. Sic C. M. In C. V., super thoronum, est. *Trunus* accipitur pro *Cupula*, aut alio loco elevato. Num igitur super *Trunum* potius legendum? Vide Glossar. Du Chesne. *Tondutius* vertit *Facciata*; sed perperam *Zucculus* vertit *Cupula*. — [b] pacis tenore. Sic C. M.; *pacis timore*, C. V. — [c] Et sibi pars. Sic Codd.: *sibi* refertur ad *Federicum*, et versus pangendi gratia, utitur Auctor reciproco *sibi*, pro relativo *ipsi*.

[A] Nempe Mediolanum reaeditatum, et Alexandriam a fundamentis extrectam. Quod, etsi acciderit anno MCLXVII, Tolosanus tamen, duobus proxime praecedentibus capitibus, in suo Codice narravit. Vide Cap. LX et LXI.